



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci De Oviedo Madritani, Societatis Iesv,
Theologiæ Professoris, Cursus Philosophicus**

Oviedo, Francisco de

Lvgdvni, M.DC.LI.

Punct. I. Quid sit Demonstratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95503](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95503)

non existente, nullo enim homine existente verum est dicere, *Homo est admiratus*, & nullo igne producto verum est dicere *ignis est calidus* &c. *ut ostendit*, quia ex vi harum propositionum tantum affirmamus subiecta talis esse naturae, ut ex se petant habere talia accidentia, eo ipso quod existant.

S Dico septimo: Ad assensum conclusionis tantum prærequiritur præmissarum assensus. Hanc conclusionem probavi Controv. 9. Punct. 2. propugnavi per præmissas formales proponi intellectui sufficiens obiectum formale motuum ad assensum conclusioni, quo proposito rapitur ad hunc assensum præstandum, & ex professo impugnavi asserentes prærequiri cognitionem illationis, ex vi cuius inferitur conclusio ex præmissis. Neque ad conclusionem requiritur cognitio principij vniuersalis, quæ sunt eadem vni tertio & cetera, sed sufficit in hac demonstrationis materia in actu exercito cogitatio, eo modo quo dixi Controv. 9. Punct. 2. cogitatio identitatem obiecti conclusionis cum obiecto præmissarum.

CONTROVERSIA X.

De demonstratione.

ARTISTOTELIS libris de Poster. resolution. de demonstratione, cuius naturam hæc Controversia suscipit explicandam.

Pramoneo autem in hac quàm plures inuolui quæstiones de nomine, postquam enim certum est syllogismum certum esse & eundem, & postquam conclusionis, & præmissarum natura clarè comperta est, & nihil circa hanc, neque circa illius proprietates dubitatur, quæstio vertitur an talis syllogismus dicendus sit demonstratio necne. Cuius dubitandi, & decidendi ratio non ex alio capite desumitur, nisi ex eo quod Aristoteles syllogismum, in quo expressis certis, & euentibus deducitur conclusio voluit his vel illis conditionibus affici ut demonstratio diceretur. Exempla non pauca occurrunt in huius Controversiæ progressu.

PUNCTUM PRIMUM.

Quid sit demonstratio.

INVAS definitiones demonstrationis tradidit Philosophus lib. 1. Post. cap. 2. Altera est quod sit syllogismus faciens scire: altera est quod sit syllogismus ex veris, primis, immediatis, & notioribus, & prioribus, causisque conclusionis. Circa primam definitionem dubitari solet, quomodo intelligenda sit particula illa *faciens scire*: potest enim intelligi efficienter, quia producit habitum scientificum, vel formaliter, quia conclusio demonstrationis formaliter est scientia, & intellectum formaliter scientem constituit. Potest etiam intelligi particula illa *faciens scire*, de præmissis, quia faciunt conclusionem, cuius sunt causa, saltem directiua. Si attenderemus præcisè ad verba definitionis facile esset quemlibet ex his modis defendere; verum tamen tantum secundus est ad Arist. mentem, quam ipse explicuit ibidem his verbis, *scientiam syllogismum dico, secundum quem, eo quod ipsum habemus scimus*. Quibus verbis clarè ostendit scientiam esse effectum formalem demonstrationis. Propriissime etiam in hunc sensum verba definitionis explicantur. Neque hæc definitio potest alij sciendi instrumento conuenire, quia etiam cognitio per definitionem Angelum faciat scire, syllogismus non est, per quem Philosophus demonstrationem definiuit. De proprietatibus, quas secunda definitio in demonstratione exposcit, postea dicemus.

2 Definitio demonstrationis frequenter in scholis adducta hæc est: *syllogismus constans præmissis certis, & euentibus*. Definitio hæc nulli syllogismo non demonstratiuo potest conuenire, probabilis enim constat utraq; vel saltem altera præmissa probabilij, falsigræphus verò neque

constat præmissis euentibus, neque propriè est syllogismus, cum conclusio ex præmissis legitime non inferatur, ob defectum aliquem in præmissis repertum. Quid sit certitudo, accuratè tractabo Controv. 6. de Anima, Punct. 7. ubi de veritate propositionis, cuius natura præcognoscenda est, ut possit certitudinis natura cognosci. De natura euentibus dicam Punct. 2. Ideo syllogismus theologicus cuius conclusio innitur præmissis de fide demonstratiuis non est, ut cum communi sententia docet P. Vazq. Reclamant nonnulli Thomistæ asserentes, syllogismum theologicum esse demonstratiuum, quia ad demonstrationem non requiritur euentia, sed tantum certitudo præmissarum in conclusionem deriuata. En iam incidimus in quæstionem purè de nomine. Certum est syllogismum legitimum in quo consequens deducitur vi illationis ex principijs fidei cognitis certissimum esse, nulloque modo falsitatem posse conclusioni accidere. Certum est etiam conclusionem huius syllogismi non esse euentem, quia licet illatio euentis sit, consequens ex vi huius non potest habere euentiam, quam non habent præmissæ, quæ cum sint obscuræ obsecram generant conclusionem. Insuper est certum syllogismum, in quo conclusio deducitur ex præmissis certis, & euentibus naturæ luminæ cognitis, vndique esse certum & euentem. Hæc de re, in quibus vtriusque syllogismi differentia apertè noscitur. An verò uterque syllogismus sit dicendus demonstratiuus, vel tantum ille, in quo præmissæ non tantum sunt certæ, sed etiam euentes, quæstio est de nomine, in quo fto communi sententiæ, quæ cum Aristotele tantum vocat demonstrationem syllogismum certum, & euentem.

3 Diuidi solet demonstratio, in demonstrationem *propter quid*, & demonstrationem *quia*. Propter quid dicitur illa, in qua effectus demonstratur per causam. Demonstratio *quia* appellatur illa, in qua causa deducitur ex effectu. Ob id demonstratio *propter quid* à priori, hoc est ab illo quod est prius, & demonstratio *quia* à posteriori, hoc est ab illo, quod est posterius dici solet. Contra hanc diuisionem plures solent obijci demonstrationes, in quibus conclusio neque ex causa, neque ex effectu deducitur. Huiusmodi sunt demonstrationes, in quibus inferimus prædicatum animalis ex prædicato hominis, & prædicatum hominis ex animali rationali, & duo esse æqualia inter se, quia sunt æqualia vni tertio. Plures reducant harum demonstrationum media ad causas, vel effectus, asseruntque animal rationale esse quasi causam formalem hominis, & hominem esse quasi effectum animalis, quia valet consequentia, *est homo: ergo est animal*, & non tenet, *est animal: ergo est homo*. Alij defendunt dari aliam demonstrationem mediam inter demonstrationem *propter quid*, & *quia*. Alij asserunt demonstrationem *propter quid* esse illam, quæ traditur per causas, & demonstrationem *quia* dici quancumque, quæ per causas non traditur, siue tradatur per effectus, siue per aliud medium cum extremitatibus connexum. Quidquid dixeris facile defendes, est enim res parui momenti, quam tetigi Controv. 1. n. 7. pergo ad alia.

4 Vtraque demonstratio diuidi solet in perfectam & imperfectissimam. Perfectissima dici solet illa, in qua demonstratur effectus ex causa immediata, vel causa ex effectu immediato, veluti cum ex rationali admiratiuum inferitur, vel rationale ex admiratiuo, nihil enim mediat inter rationale, & admiratiuum. Demonstratio perfecta appellatur, in qua demonstratur effectus ex causa mediata, veluti risibile ex rationali, vel causa ex mediato effectu veluti rationale ex risibili, mediat enim admiratiuum inter vtrumque extremum. Frequentius tamen tantum perfectissima demonstratio dicitur illa, ex vi cuius prima passio per essentiam de subiecto adequato demonstratur.

5 Dubitari solet, an demonstratio per causam inadequatam sit vera demonstratio, an verò requiratur demonstrationem fieri per causam adequatam. Respondeo sufficere ad veram demonstrationem dari per causam inadequatam, quando cum effectu connexionem habet. Quia ex causa inadequata cum effectu connexa potest certò, & euentem inferri effectus: ergo potest demonstrari. Quod si oppositum videatur docuisse Aristoteles, intelligendus est de causa inadequata non connexa cum effectu.

6 Dicendum est contra Sotum demonstrationem *propter quid*, & *quia* esse specie distinctas, quia medium est diuersum, & ratio formalis assentiendi conclusioni specie distincta.

Obijciens:

Obiicies: Ex eisdem propositionibus potest fieri utraque demonstratio: ergo non differunt specie. Respondeo iuxta meam sententiam, quæ conclusionem constituit per aliquod intrinsecum assensum, qui dicitur conclusio falsum esse antecedens, quia assensus præmissæ non deductus ex præmissis implicat ex illis deduci, cum per se ipsum habeat hoc, quod est deduci, & non deduci ex aliis. Et ob eandem rationem assensus conclusionis deductus ex præmissis implicat ex eisdem non deduci. In sententia, quæ asserit rationem conclusionis & præmissæ extrinsecam esse propositionem, dicendum est posse esse easdem numero propositiones in utraque demonstratione, & has secundum se non distinguendi: tamen formaliter in ratione præmissarum, & conclusionis, quia conclusio ut conclusio in omnium sententiæ dicit dependentiam à præmissis, & præmissæ ut præmissæ dicunt formaliter influxum actuum, aut directiui in conclusionem dependentem ab illis.

PUNCTUM II.

Quid sit euidencia in actu intellectus.

- 1 **D**iximus assensum conclusionis in demonstratione procedere ex præmissis certis & euidentibus. Oportet modò scire, quid sit certitudo, & euidencia. Certitudinis natura difficilè explicari poterit antequam definatur in quo consistat formalis ratio veritatis propositionis, ideo illius naturam explicandam remitto Controu. 6. de anima Punct. 7. ubi fusi de hac re agam. Sufficiat modò dicere certitudinem supra veritatem addere necessitatem antecedentis ipsius veritatis: ad euidentiæ naturam exponendam pergo.
- 2 Euidenciam non esse formaliter idem cum certitudine constat ex separatione harum proprietatum, quæ in fidei actibus reperitur, actus enim fidei est summè certus, & tamen non est euidens sed obscurus. Euidencia definiri solet *determinatio ad assentiendum*. Quæ definitio explicatione indiget, quia non potest intelligi de determinatione in actu secundo, omnis enim assensus est determinatio in actu secundo ad assentiendum. Debet ergo intelligi de determinatione in actu primo, & de hac nonnulla supersunt difficultates, quia hæc determinatio consistit in principiis productiuis actus, quæ ab actu distinguuntur, euidencia autem ab actu non distinguitur. Insuper si Deus prædeterminaret ad actum fidei, actus esset obscurus, & non euidens: ergo euidencia non consistit in quacunque prædeterminatione. Rursus conclusio syllogismi probabilis procedit ex principiis determinantibus intellectum ad illius assensum, supposito enim assensu præmissarum etiam probabilium non potest intellectus conclusioni non assentiri: ergo non quæcumque prædeterminatio principij inducit euidenciam actus.
- 3 Euidencia, est quasi videntia, seu visio obiecti, quæ dicit expressionem quandam & representationem talis obiecti, ex vi cuius intellectus ita fertur in illud, ut expellat totam formidinem, nullamque relinquat occasionem dubitandi. Ita P. Hurt. tom. 1. de fide disp. 35. sect. 1. Expressio ista, seu hic representandi modus ab actu non distinguitur, quia modus representandi non est quid superadditum ipsi representationi, actus enim qui est representatio per se ipsum habet hoc vel illo modo obiectum representare. Ex hoc inferitur euidenciam intrinsecam esse actui. Quia tamen hæc euidencia oritur ex principiis determinantibus intellectum ad talem assensum, quæ nunquam illum indifferenter relinquunt ad assentiendum, vel non assentiendum, ideo solet euidencia quæ formaliter consistit in respectu ad talia principia: per illa definiri, tanquam per aliquod extrinsecum, quod licet non nimis propriè, nonnulli euidenciam in actu primo appellant. Dicerentur proprius talia principia actus primus euidentiæ, seu actus primus ad euidenciam, quæ veluti expressio obiecti semper sonat actum secundum.
- 4 Ex hoc inferes conclusionem probabilem non habere euidenciam ex principio prædeterminante ad illam, quia præmissæ probabiles non prædeterminant intellectum ad assentiendum, ita ut omnem formidinem expellant, sicut enim intellectus potest habere formidinem circa probabiles præmissas, ita circa conclusionem, quæ ab illis dependet. Actus fidei euidens non est, quia dependet à

Franc. de Oniedo, Philosoph. Tom. I.

principiis intellectum non prædeterminantibus, indiget enim pio voluntatis affectu saltem determinante intellectum ad assentiendum reuelationi. Quod si Deus ad actum fidei intellectum prædeterminaret, neque ideo esset actus fidei euidens, quia determinaret ad actum, qui haberet eundem modum tendendi in obiectum, ac haberent alij actus, qui non procederent à principiis prædeterminantibus intellectum. Vnde ex modo tendendi talis actus non supponeret principium prædeterminans, sed ex aliqua ratione, quæ in obiectum ut cognitum non refunderetur. Prædeterminatio ergo, quæ inducit actum euidenciam in intellectu, est illa ex vi cuius ita obiectum proponitur intellectui, ut non possit cum principiis obiectum proponentibus, non assentiri obiecto nullo loco formidini relicto. Erit autem formidini locus, quoties hæc possit dari circa principia obiectum proponentibus. Erit ergo actus euidens ille, qui dicit ordinem ad principia supra dicta, & euidencia consistit in respectu ad huiusmodi principia.

Ex hoc inferes expressionem non consistere in claritate actus, ex vi cuius penetrantur omnes formalitates obiecti cum ordine ad connotata propria vniuscuiusque, qualis est expressio, quæ est in definitionis conceptu. Sed in expressione ex vi cuius ita obiectum intellectui proponitur, ac si illud præ oculis haberet, quæ expressio opponitur formidini, & omni rationi dubitandi, omnique indifferentiæ ad assentiendum, vel non assentiendum circa tale obiectum.

Euidencia est triplex, Moralis, Physica, & Metaphysica. Euidencia moralis est illa, quæ licet physicè possit admittere formidinem oppositi, prudenter tamen hæc haberi non potest, quia non sine temeritate oppositum indicaretur: Exempli gratiâ, affirmant iuramento sex octo viri prudentes, religiosi, & probate virtutis vidisse aliquam rem, illam faciunt moraliter euidenciam, quia sine temeritate iudicari non potest illos homines ad peierandum conuenisse. Euidencia physica est illa, ex vi cuius ita obiectum proponitur, ut naturaliter non possit non ita se habere, licet supernaturaliter alio modo contingere non repugnet. Huiusmodi est actus, quo ego iudico substantiam existeret, quia video accidentia, quæ sine subiecto naturaliter nequeunt conseruari, licet supernaturaliter absque illo existeret valeant. Euidencia Metaphysica est, illa in qua obiectum ita concludit, ut de potentia Dei absoluta non possit aliter se habere, ac per cognitionem representantur. Huiusmodi euidenciam habent hæc principia: *Totum est maius sua parte. Quodlibet est vel non est, & omnes illuminationes, quæ ex his principiis sumuntur, sicuti Omne totum est maius sua parte. Homo est totum respectu capitis: ergo homo est maius capite.*

Euidencia metaphysica est omnium maxima, quia absolute nunquam potest illi falsum subesse. Euidencia moralis est omnium minima, quia sine miraculo obiectum moraliter euidens, potest esse falsum, aliquando enim deprehendimus falsum esse id, de quo nullus posset prudenter dubitare. Euidencia physica est media inter utramque, quia non potest illi falsitas naturaliter subesse, supernaturaliter verò illi accidere non repugnat. Quia seclusa fide homini principiis naturalibus tantum innitenti æquè euidens est esse substantiam panis sub illius accidentibus ante consecrationem, & post consecrationem, nihilominus tale iudicium euidens verum erat ante consecrationem, & post consecrationem est falsum. Est etiam euidencia physica media inter euidenciam, & moralem, quia minorem relinquit occasionem dubitandi, quàm moralis, quisque enim non raro expertus est falsitatem deprehendi in his quæ naturaliter erant euidencia, & raro aut nunquam id agnouit in his, quæ physicè sunt euidencia, cum miracula non nisi raro contingant. Relinquit etiam euidencia physica maiorem occasionem dubitandi, quàm metaphysica, quia hæc nullam admittit, cum de potentia Dei absoluta obiectum aliter contingere non possit; illa verò nonnullam potest admittere, licet enim non prudenter, saltem physicè potest Philosophus visâ albedine dicere, forsan Deus hanc albedinem conseruat sine subiecto, sicuti conseruat accidentia Eucharistica.

Obiicies sequi ex dictis actum fidei esse euidenciam, quia nullam relinquit occasionem dubitandi. Respondeo negando sequelam, quia licet nullus possit prudenter dubitare de obiecto reuelato, nec sine graui peccato, & fidei iniuriâ physicè locum relinquit dubitationi; potest enim quis

L 3 per